

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection](#)[Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection](#)[Mythologia, Venise, 1567 - Livre XI](#)[Item](#)[Mythologia, Venise, 1567 - X \[34\] : De Penatibus](#)

## **Mythologia, Venise, 1567 - X [34] : De Penatibus**

**Auteur(s) : Conti, Natale**

## Mythologia

animæ, quæ graues molestias & miserias humanas semel expertæ fuerant, ut  
furfus in hæc corpora redirent, nisi aliquam rationem excogitarent, qua fie-  
rent omnium pristinorum incommodorum inmemores. Sic igitur Lethen  
fluuium ea aqua fluere dixerunt, ut semel epota rerum omnium memoriam  
omnino obliteraret. Sed enim fluius ille ubi sit, dubitari posset, quoniam  
alii apud inferos esse dixerunt, cû Pythagoras tamen è cælo descendere ani-  
mas existimauerit. ego sanè censes in circulo lunæ fuisse Lethen colloca-  
tam, cum satis aptæ obliuioni vires eius appareant. quippe cum Cancrum  
cælesse signum portam putauerint per quam animæ hominum ascendant, ac  
descendant, cum per Capricorum istud ipsum a Diis fieri creditum sit.

### De Penatibus.

VT autem manifestum fieret omnibus nihil esse quod diuina prouiden-  
tia non gubernetur, nostraque omnia semper diuino consilio protegi, cum  
Dei præsentia nullo in loco carere possimus, non solum Lucinam parturien-  
tibus mulieribus statim adesse sinxerunt, quæ illas a doloribus soluet, et,  
sed statim nati infantes proprios habere dæmonas continuo crediti sunt, quo-  
rum auxilio per totam vitam fruerebantur; hæc opinio ab illa præter antiquo-  
rum ad nostram vsque ætatem perdurauit; nunc hos nuntios Dei nominant:  
physici vero Iouem, Minorem, Mineruam, Vestam hos esse dixerunt, vires  
elementorum scilicet, cum illis nati continuo persuasor; atque hos Deos  
ætheris medium, æra intum, & terram, & summam ætheris partem, quæ vis  
est diuinæ intelligentiæ, quam Mineruam nominarunt. Hæc enim numina  
domorum priuatarum, & singulorum in his habitantium, & vniuersarum ci-  
uitatum curam habere putabantur. Alii Apollinem ac Neptunum Penates  
solos putantes in idem reciderunt; calorem, tanquam principium à quo fie-  
ret opus naturæ; & humorem ex quo fieret, principia ponentes. atque ea-  
dem de Laribus dicta sunt.

### De Genio.

CREDITVS autem fuit Genius dæmon, non quidem is, per quem vi-  
ueremus, aut cuius auxilio vbique fruerebimur, sed is, qui nobis semper bona  
consilia suggereret, & quem haberemus in totam vitam nostram consulto-  
rem. Sed cum multa alia quoque Genium proprium, ut plantæ, & anima-  
lia, quæ non egent consilio, habere dicantur; videtur probabilior illorû sen-  
tentia qui occultam vim planetarum, quæ ad omnia hæc pertinet, Genium  
vocatam fuisse putarunt; quare omnia humana & cælesti vi occultè guber-  
nari, & nihil diuina virtute vacare tradiderunt.

### De Pallade.

VT vero demonstratêt antiqui non sola vi cælesti mortalium res guber-  
nari, sed etiam prudentiæ hominum aliquid loci relictum esse, cum Deus di-  
ligentes & prudentes semper adiuet, tum sapientiam rem Deo gratissimam  
esse dixerunt, cum Deus magnopere diligat sapientem. ad hoc autem experi-  
mentum illam Iouis filiam esse dixerunt sine matre, cû solus Deus verè sit  
sapiens,